

§ XLVI. Quoad alterum respondeo, & hic lauream istos quærere in mustaceo palmamque lemniscatam, quam adfectant, indepturos in Calendis Græcis: tralatitium sane est Ebræos omne convivium vocasse fractionem panis, nec tamen necessario est Sacramentale, Eleemosynarum oblationem & mensam & sacrificium antiquitus denominatam esse sacram cœnam, testatur *Casaubonus exerc. XVI. in annal. Baron. pag. 377. & 417.* Ergone quis mensam Sacrificium proprie dictum, oblationem collectarum de necessitate cœnæ esse statuarit? Nec tota Ecclesia primitiva semper adhibuit fractionem in rigore ac stricte sic dictam, ut de Orientalibus quibusdam Ecclesiis refert *Casasilas l.d.* Ne multis, si panis fractio tanti est momenti tamque necessaria ceremonia, cur non imperant *Ecclesiis suæ Confess. Basiliensi & Bernensi*, quo fractionem in Cœna adhibeant?

§ XLIV. Novelli Pacificatores sectæ Calvinianæ cum Ecclesia Lutherana, ut *Duræus in consultatione, Hotton de Christiana Concordia sect. III. c. V. Theologi Angli, Scoti & Hiberni in judiciis de pacificatione Joanni Duræo missis & pronuper Moses Amyræaldus in Tract. de ratione pacis inter Evangelicos articulo antepenultimo de Ceremoniis* agente hujus de panis fractione quæstionis decisionem occuluerunt, quum vero a Neotericis Conciliationem & Pacem inter partes disidentes identidem prætendentibus, etiamnum ἀποκλασία exigatur tanquam ritus ex præcepto Christi & hac fini necessarius, ut isti absentiam corporis Christi (sic garrunt impie) a cœna simpliciorum animis & mentibus tanto evidentius revelent ac aperiant; eamse item panis fractionem ad materiam formamque cœnæ necessariam proclamet *Altingius in Sylloge contro. quæ Reformatis hodie intercedunt cum Lutheranis Controv. II. de ceremoniis quæst. II. p. 265. quis non accredat cum Ampliff. Domino Præside l. d. sect. V. th. 47. Altingianas argutias emedulante, fore, ut isti a panis fragii exactioe ne latum ungvem discedant. Plura hac de controversia in scenam produci possent, verum cum illa se ipsam frangat, compluresque Nostratum Theologorum, ὀξονομακλήδην Dn. D. Winckelmannus Tom. 1. Giess. disp. 5. 12. Tom. 3. disp. 12. Tom. 7. disp. 17. contra Tossanum th. 46. Dn. D. Menzerus Tom. 1. disp. 7. 8. coronid. p. 313. seqq. disp. 10. Tom. 2. disp. 1. Syllogismo 2. contra D. Schönfeldium disp. 6. Tom. 3. disp. 6. 8. Tom. 7. disp. 19. disp. 22. contra D. Crucigerum, item in ejusdem Rettung und ferneren Ausführung von Brodbrechen p. 60. seqq. Dn. D. Höpfnerus Isagog. de Cœna tract. Theor. sect. 2. c. 5. rigidus ille Lutheranus (ceu B. Avus meus Dn. D. Eckhardus Gisberto Voëtio Thersitis Heautontimor. sect. 2. c. 2. audit.) Fasc. c. 21. q. 2. nec non Dn. D. Dorseheus in consideratione Declarationis de S. Cœna Dorotheo Cogentio Regiensi opposita disp. 2. p. 91. seqq. & mille alii eandem ad sceleton quasi eviscerarint, hic calcem pono & solemnem illam (apud Apulej. Metam. p. 740. edit. Beroald) Sacris Iliacis finitis, a Pastophoris sermone ritumque Græciensi prolatam vocem repeto Λαοῖς ἐφισίς.*

Coll. diss. A. 55, misc. 44